

CHRISTIANI WOLFII  
JUS NATUREÆ  
METHODO SCIENTIFICA

PERTRACTATUM,

P A R S S E P T I M A.

D E

I M P E R I O P R I V A T O  
IN QUA TAM DE IMPERIO AC SOCIETATE IN GENERE,  
QUAM DE OFFICIIS  
AC JURE IN SOCIETATIBUS

Conjugali, Paterna, Herili atque Domo agitur, seu Jus omne  
Personarum demonstratur.

E T N U N C P R I M U M C U M

V I R I C L. D E V A T T E L  
A N I M A D V E R S I O N I B U S,

EDITIO NOVISSIMA EMENDATOR, ET AUCTIOR.



F R A N C O F U R T I , E T L I P S I Æ ,  
M D C G L X V I .

M E R E S O C I E T A T I S V E N E T Æ ,  
S U P E R I O R U M F A C U L T A T E , A C P R I V I L E G I I S .

Serenissimo ac Potentissimo Principi ac Domino Domino  
**FRIDERICO REGI BORUSSIÆ,**

Marggravio Brandenburgensi, Sacri Romani Imperii Archi-Camerario & Principi Elec-tori, Supremo Silesiæ Ducis, Principi Supremo Arausisionensi, Novi Castris & Valen-giæ, necnon Comitatus Glacensis, Geldriæ, Magdeburgi, Cliviz, Juliaci, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandaiorum & Megapolis, necnon Gros-næ Ducis, Burggravio Norimbergenæ, Principi Halberstadii, Mindæ, Camini, Vandalii, Sverini, Raceburgi, Olfisitæ & Mursii, Camiti Hohenzolleræ, Ruppi-ni, Marca, Ravensbergi, Hohensteinii, Teklenburgi, Sverini, Lingæ, Buræ & Leeramii, Domino Ravensteinii, Rostochii, Stargardia, Lavenburgi, Butoviz, Arlayæ & Bredæ &c. &c. &c. Regi ac Domino meo longe Clementissimo.

R E X A U G U S T E.



*Um civitates eo fine institutæ sint, ut unusquisque  
 jus suum sine armis consequatur & eodem tran-  
 quille atque secure fruatur; Rectoribus illarum vel  
 maxime curæ esse debet, ut judicia religiosissime  
 administrentur & jus promptissime reddatur. Et  
 quamvis ea de causa subinde leges civiles ab im-  
 mutabili illo jure, quod ipsa natura constitutum est recedant ne-  
 cessere sit; æquitatis tamen in iis, quantum datur, ubi vis haben-  
 da ratio est. Eadem sane causa me impulit, ut juris tam rerum,  
 quam personarum, de quo in foro litigari solet, scientiam non  
 ex duodecim Tabulis, nec ex edictis prætorum, nec ex sapientum  
 placitis, sed penitus ex intima philosophia, quemadmodum jam  
 olim suasit CICERO, haurirem & in sistema veri nominis redi-  
 gerem, quod nomen Corporis Juris tueri possit. MAJESTATI  
 TUÆ, REX SAPIENTISSIME, ea, que dico, adeo explo-  
 rata sunt, ut de religiosa & prompta administratione justitiae ci-  
 vibus suis procuranda serio cogites. Nemo est qui nesciat, jus  
 suum in foris persequentes diuturna lite morari, & ea distentos  
 haud raro eventu dubio majores facere sumtus, quam quantum  
 est commodum, quod sperare possunt, si vicerint. Pender senten-  
 tia saepissime a favore Judicis, qui ideo plus valere dicitur,  
 quam lex in codice, saepius a Doctorum inter se dissidentium  
 discordantibus opinionibus, ut arbitrium litis in sortem trajectum*



# JURIS NATUREÆ PARS SEPTIMA.

De Imperio privato, seu officiis ac Jure in societatibus conjugali,  
paterna, herili atque domo.

## C A P U T I.

### De imperio ac societate in genere.

#### §. I.

Societas in genere est pactum, vel quasi pactum de fine quodam conjunctis viri-  
bus consequendo. Societas quid sit.

Sunt equidem, qui putant, dari etiam posse  
societas, quæ nullo pacto aituntur; sunt etiam  
qui arbitrantur, quasi pactum non esse juris na-  
ture, sed commentum juris civilis; nulla tamen  
ratio sufficiens est, que societatem per pactum,  
vel quasi pactum non definire nos cogat. Quæ  
enim in contrarium afferuntur exempla, aut non-  
nisi per abusum, seu inconstantiam loquendi so-  
ciates dicuntur, ut adeo nonnisi de nomine  
lis sit: sic aituntur quasi pacto, quod juri na-

turae jam alias vindicavimus (not. §. 511. part. 5.  
*Jur. nat.*). In primis hic urgetur societas pater-  
na, quæ inter parentes ac liberos subsistit. Ve-  
rum ostendemus inferius hanc societatem esse  
utique quasi pactum naturale. Patet autem ex  
subsequentibus, haud primum referre, ut fidem  
ac determinatum societatis notionem sumimus,  
ex qua sociorum iura & obligationes deduci pos-  
sunt principiis juris naturæ convenienter.

#### §. 2.

Quoniam societas negotiatoria est pactum de rebus ac operis eo fine conserendum, An societas negotiato-  
ut lucrum & damnum commune sit (§. 1318, part. 4. *Jur. nat.*), omne autem pa-  
ctum de fine quodam conjunctis viribus consequendo societas in genere est (§. 1. 1. 5. *genera con-*  
*societas negotiatoria est species sub societate in genere contenta.* genera con-  
teneratur.

Nimirum finis, qui in Societate negotiatoria  
intenditur, est lucrum, quod qui eandem con-  
trahent conjunctis viribus consequi volunt, eti

præter spem aliquæ intentionem accidere possit,  
ut damnum detinatur.

Wolfi Jus Nat. Tom. VII.

A

§. 3.

QUÆSTIONES  
DE JURE NATURALI  
CUM ANIMADVERSIONIBUS IN OPUS  
C L C W O L F I I  
DE JURE NATURÆ  
A U C T O R E  
DOM. DE WATTEL  
Ex Gallico in Latinum conversæ.



**C L. DE WATTTEL**  
**QUÆSTIONES**  
**DE JURE NATURALI**  
**ET ANIMADVERSIONES**  
**I N C L. WOLFII**  
**PARTEM OCTAVAM.**

*§. 4. Societas inter plures d̄mus contracta eo fine, ut con-  
 junctim sibi parent ad vitæ necessitatem, commodita-  
 tem, ac jucunditatem, imo felicitatem requisita, &  
 carent, ut unusquisque jure suo quiete fruatur, & su-  
 to ab alio id consequatur, atque se suaque adversus  
 vim quamlibet externam defendant, Civitas dicitur.*

**D**um societas peculiares, quæ appellantur Familiae vel *Damus*, civitatem constituere dicuntur, id est inter se pacisci ut magnam Societatem componant, quæ dicitur Civilis, nescio quid incommodi exoritur, quod statim sese prodit in definitione *Civis* §. 6. *Membra Civitatis, seu singuli, qui societatem civilem incurrunt, dicuntur Cives.* Revera non Familiae civilem societatem incurrunt,

neque enim peculiares hæ societas *Civitatis* habent auctoritatis in membra sua, *definitione.*  
 neque jus ea subjiciendi imperio societatis civilis; sed privati ipsi, cum sensissent peculiarem societatem qua vivebant in familiis, non sufficere ad felicitatem & tranquillitatem tuendam, societatem civilem iniefiunt. Auctoritatem suam clarius explicat in annotatione ad §. 6. atque ita consentimus.



# JURIS NATURÆ P A R S O C T A V A.

De Imperio Publico , seu Jure Civitatis .

## C A P U T L

De origine civitatis atque imperii publici .

§. I.

D Ontus singule sibi non sufficiunt in iis , que ad vitæ necessitatem , com- moditatem ac jucunditatem , immo felicitatem faciunt , nec quiete ju- re suo frui , & quod ab aliis iosis tribuendum satis tuto consequi seque ac sua adversus vim aliorum defendere valent . Domus perfecta componitur ex societate conjugali paterna & herili (§. 1147. part. 7. Jur. nat. ) , consequenter in ea sunt maritus & uxor (§. 282. part. 7. Jur. nat. ) , liberi (§. 633. part. 7. Jur. nat. ) & servi atque ancille (§. 1081. part. 7. Jur. nat. ) , vel famuli atque famulæ (§. 1131 p. 7. Jur. nat. ) . Quot- cunque tandem numeros liberos , quoctunque etiam famulos atque famulas , vel ser- vos atque ancillas , si erperdas ea omnia , quæ ad vitæ necessitatem faciunt ejusdem- que commoditatem ac jucunditatem , facile patebit , fieri minime posse , ut illorum opera ea consequari , nec opus habeas tibi comparare ab alijs , quibus indiges cum tuis , nec alii vicissim a te sibi comparare habeant opus , quibus ipsi indigent . Quamo- brem nemo in dubium vocare potest , quod nulla domus , etiam si amplissima , sibi sufficiat quoad ea , quæ ad vitæ necessitatem ac jucunditatem faciunt . Quid erat primus .

De ini-  
gencia do-  
mum sin-  
gularum .

Felicitatem consequimur legis naturalis custodia (§. 476. part. 1. Phil. pract. univ. ) , eademque eam conservamus (§. 397. part. 1. Phil. pract. univ. ) , consequenter virtus conliger colenda (§. 32. part. 1. Phil. pract. univ. ) , vicium omne fugiendum (§. 322. Mollii Jus Nat. Tom. VIII. A part. I-